



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio Perfectionis Libri Dvo**

**Crombecius, Johannes**

**Mogvntiæ, 1614**

XXXI. Industria sexta & septima: primum inter alia Negotiationis spiritualis officia locum tenere studium diuinæ gloriæ quærendæ; cui plurimum opitulatur diuinißimæ Eucharistiæ vsus frequentior.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

ad à nobilissima Deoque præ ceteris gratif-  
 virtute procedant: magisque meritorij, et-  
 si sine coniunctione alterius virtutis eliciã-  
 si vero ex imperio caritatis virtutes ceteræ  
 perentur: eo maior vis erit, tamquam ab ha-  
 mentata, ad destructionem vitij illius, cuius  
 licio quod  
 numquam  
 Cum an  
 & quat  
 ondit, c  
 vt de lib  
 et: in qua  
 m esset de  
 e satana  
 ffer esse  
 ali sancto  
 quod  
 ur, ideo  
 esse à pecc  
 e tem  
 onte sui, v  
 quiam can  
 Etu dixim  
 nihil obet  
 num hosti  
 ne fructu  
 virtutum  
 propen  
 em augm  
 tatis acti  
 quod

*pra ceteris  
 valet ad  
 interitum  
 vitiorum.*

## C A P. XXXI.

*industria sexta & septima: primum inter a-  
 Negotiationis spiritualis officia locum te-  
 nere studium diuinae gloriae quarendae: cui  
 plurimum opitulatur diuinissima Eu-  
 charistiae vsus frequen-  
 tior.*

ET si vtilissimum sit (vti modo diximus)  
 statim primis initiis propositum or-  
 dinem sequi: hoc est, incipere ab alicuius prauæ  
 inclinationis euulsione, antequam acquisitioni  
 virtutum animum adiiciamus: quia tamen, qui  
 recenter interno huic exercitio se dedunt, im-  
 buti adhuc sunt spiritu huius sæculi, planeque  
 frigidi: è re ipsorum erit, (quæ sexta industria  
 est) primum omnium diuinum spiritum colli-  
 gere, ac feruorem aliquem acquirere, hoc stu-  
 dio ac conatu, vt in omnibus soli Deo placere  
 intendant: suaque omnia, antequam opus ali-  
 quod aggrediantur, breuiter illud quidem, sed  
 laauissime, ac quam fieri potest piissime, actu  
 Deo

*Studium  
 diuinae glo-  
 ria in omni*



*bus actio-  
nibus ad-  
hibendum.  
Probatur  
rationibus.*

I.

Deo offerant : iuxta formulam quam suo loco subiiciemus.

Rationes huius optimæ sunt. hostis enim nomine non singuli milites tantum censentur, sed & totus exercitus : & quamvis temerarium videretur, vnum hominem vniuersum exercitum aggredi; vti inconsulte faceret, qui primo quoque tempore singula vitia vellet extirpare, nihil vetat tamen, initio, ad hauriendum vitium novum, & concludendum peccatorum diu, muniendumque sese, in id incumbere spiritum mundi, qui mentem imbuat, affectum exuamus. etsi enim statuerimus Deo seruare peccatis abstinere, quære PERFECTIO remanent tamen nescio quæ opiniones honorum, diuitiarum, amicitiarum sæculi huius, media item plena vanitatis, propensiones ad locum irrisiones : & quod caput est, hi homines fines nunquam sibi proposuerunt vniuersum, imo semper res inanes spectauerunt : tamen optima quæque detorquent ad curio-tes: denique tota eorum intentio, proprietas ac voluntatis, passionum ac desideriorum constitutione nititur: quare foret admodum utile, si huic tanti mali radici securis admoueretur : imprudentes enim in his frequenter peccamus, defectu animaduersionis. Proditores facile in urbem ingrediuntur, & quidem multi & varij, si ad portas aut vigiles non sint, aut certe poculis aut lusu intenti non obseruentur. Multa quoque cogitationum affectionumque genera in mentem, in voluntatem perducunt.

*Simile.*



ant, quæ non videntur : quia nullus obseruat,  
 quod quisque proprio amore trahatur atq; oc-  
 petur.

2a

Accedit, sancto hoc puræ intentionis  
 inæque gloriæ studio animam sensum pur-  
 tum & disponi, vt capacior sit nouarum gratia-  
 rum atque virtutum : nihil enim sic Deum alli-  
 et ad gratiam suam communicandam, vt renū-  
 catio omnis sinistra amoris, & cura beneuolen-  
 tiæ eiusdem conciliandæ.

3a

Adde, id ipsis inuitis esse facillimum tironi  
 imperito, & hoc vnico faciliq; præcepto ipsum  
 sine multo discursu leuari : nihil enim facilius  
 est, quam vt eum ames, eius memor sis subinde  
 tui te infinito amore complectitur, tuique  
 tamquam deponit memoriam : cuius oculi super  
 iustos, & aures eius in preces eorum.

Psal. 33.

4a

Summi præterea meriti est hæc exercitatio,  
 vt pote quæ ab excellentissima virtutum proce-  
 dat, qua Deus proxime ac nobilissime attingi-  
 tur. Non deest interea benignissimus Dominus  
 animæ pure ac sincere quærenti se : & præuenit  
 gratia, benedictione, ac consolationibus, qui-  
 bus tamquam calcaribus incitata, pergat &  
 currat viam consiliorum Domini, & apprehen-  
 dat, sicut & ipsa à I E S V Christo apprehen-  
 sa est.

5a

Huc maxime facit, quod in studio PERFEC-  
 TIONIS summo præsidio sit, magno spiritu  
 Rom. 8.  
 duci. *Siquis enim Spiritum Christi non habet, hic  
 non est eius.* eum namq; Christus Dominus dedit  
 suis



fuis Apostolis post resurrectionem suam, cum rem  
 insufflauit in eos, dicens, *Accipite Spiritum sanctum* loco  
*Joan. 20.* : & vnice ante discessum promisit, in die  
 vero Pentecostes copiosissime contulit: quod  
 vno beneficio omnia complexus est, ceteris fore  
 omnia cumulauit; imo nulla merito putanda  
 forent, quæ Dominus IESVS fecerat, si non  
 Spiritu sancto destitutos reliquisset. Alterum  
 duobus reperiri in nobis necesse est, aut Spiritum  
 tum Dei, aut spiritum mundi: non enim hi  
 Spiritus se patiuntur simul esse, eademque  
 anima commorari. nam vt vas aliquod prius  
 fo vnguento plenissimum, aerem excludit: sic  
 vero vnguento, illico irrepit ac succedit aere  
 vlu venit in animis nostris; aut enim in his  
 nus Spiritus inest, aut vanus; si diuinum est  
 das, succedit illico ipsi mundanus. Quod si  
 sint gratia Dei præditi, qui reliquias spirituum  
 mundani foueant, illi vel breui in grauia sece  
 ruent, vel certe numquam ad eminentiam  
 FECTIONIS assurgent.

*Simile.*

*Cap. 26.*

De hoc argumento multa diximus super  
 rilibro, capite de vita spirituali: quo ostendimus  
 mus omnia spiritualia mala ex defectu spirituum  
 prouenire. Atqui hac exercitatione quaerentibus  
 diuinæ gloriæ omnibus in rebus, hauritur  
 ritus, imbuitur animus, & acceditur: fieri enim  
 non potest, vt tot aspirationibus ardentissimis  
 emissis spiritus non attrahatur; cum Deus ne  
 minus sit liberalis in sufficiendis animarum  
 stræ rebus spiritualibus, quam largiendis cor  
 pori necessariis. Aspiranti vero animali Deus  
 aerem



n suam, com- rem non subtrahit, sed quodque animal om-  
 Spiritum (an- loco & tempore aerem paratum inuenit. Si  
 omisit, inde- ergo ad Deum aspiret, si Deum inuocet,  
 onculit: que- nter profecto in eum spiritus sapientiae: qui  
 est, ce- fores, ad portas ciuitatum ad compita, imo  
 rito putat- ni loco & tempore spirat, tantumque expe-  
 cerat, si- at donec obstaculum auferatur, vt peruadere  
 et. Alteru- possit, animosque replere. Nemo dicat se non  
 est, aut Spi- posse esse feruentem, ni velit redargui. Fac ha-  
 a enim hi- eas spiritum, quo ferueas: si velis, ille spiritus  
 eadem que- abit, & fluent aquae. spiritum non habes, que  
 quod pre- amen habere potes, si respirare volueris; suf-  
 excludit; ocaris, quia os non aperis: in corde enim tuo  
 ccedit aer- et calor, qui tua viscera depascitur: & non re-  
 m in his- tras?

inum esse. i. Vltima ratio desumitur ex industria eo-  
 Quod si- nam, qui plurimum valent scientia militari:  
 quas (piti- am enim obsidentur, si ciuitas omni ex parte  
 rauia se- non sit munita, vt machinarum impetum su-  
 entiam- sistere possit: primum omnium id student, vt  
 nus super- no proditores capiantur, suspecti vrbe pellan-  
 quo ostend- tur: tum infirmioribus, tum aliis locis pluteos,  
 ectu spiri- autemuralia, loricas murorum, medias (vt vo-  
 e quae re- cant) lunas, aliaque munimenta conficiunt, ra-  
 auritur sp- ritatissimum pugnae genus non in hostem ir-  
 r: fieri eni- rumpeere imparatos atque imbecilliores, sed e-  
 rudentissi- gregre primum se munire: non defore deinde  
 n Deus no- modum nocendi aduersario, cum is nocere no-  
 animae no- poterit. Nos obsessi sumus vndique: foris pu-  
 iendis coc- gne, intus timores: cu vero initio maxime infir-  
 imali Deu- mi sumus, & a virtutu vallis minime septi: ante  
 aerem- quam pugnemus, & impetum faciamus in ho-

6.

*Apta simi-  
litudo.*



stem vtile erit, ad mensem vnum vel alterum  
recollektioni operam dare, & in nosipos in-  
quirere. Intus haud dubie proditores sunt. In-  
gnoti, per exercitium hoc intentionis purga-  
tionis se prodent: capiantur illi, vt primo quo-  
que tempore examinata causa trucidentur.  
qui motus suspecti subinde erumpant, non  
mittantur: valletur etiam animus caritatis  
ris, arcibus ac turribus ardentiorum desiderio  
vt hosti nocere liceat, nobis vero obesse  
non possit.

*Observatio* 192. Postmodum peruelles aggrediamur  
*nes ubi cu* non quidem omnes simul, sed antesignanos  
*mo solo vi* vnum aut plures: contingit enim aliquando  
*uo concer-* duo, tres, aut etiam plures sint, ob variam  
*tandum.]* plexionis compositionem, & inueteratam  
1. suetudinem pluribus prauis affectionibus  
2. uiendi. Tam diu vero spiritalis miles cum  
3. congregatur, donec eum, cum iudicio  
4. etoris, aliqua ratione domuisse ac cogere  
videatur; vt cum utilitate ad aliud pellendum  
tuto possit accedere. Si passio vehemens, et  
consuetudo violenta, diutius si res facile posse  
superari, tum breuiori spatio inhaerendum. De  
aliud vitium exagitemus, sic intermitteatur  
praecedentiu, vt diligenter aduertamus an  
tus exurgant: & quam acres, aut quam remissa  
Licebit vero ad idem iterum postliminio re-  
ti, cum fructu, & saepius.

Eadem ratio est de virtute inferenda. id autem  
dupliciter contingit: aut enim ea cum destru-  
ctione vitij inducitur: quod maxime fit cum  
destru-



destruendo vitium vnum virtutem contrariam  
 sperimus; aut etiam cum de ea sola, sine vitij  
 contrarij exaggeratione, exercitium instituimus,  
 proponendo virtutem aliquam adipisci certo  
 temporis spatio, imenso desiderio in virtutis  
 honestatem intendentes, & à Deo po-  
 pulantes eius incrementum; quo magis ei pla-  
 cere valeamus, & ad eius obsequium paratiores  
 inueniamur. hæc omnia ex formula subiecta di-  
 stincte cognoscentur.

193. Hic locus esset, indicem omnium vitio-  
 rum & virtutum, quæ in Negotiationem spiri-  
 tualem veniunt, texere; sed id nimis longum est  
 Quisque nosse debet vitia defectusq; suos. exa-  
 mina præterea conscientia scripserunt multi,  
 ex quibus vnusquisque, quod sibi videbitur pro-  
 prium, desumeret. vtiliter quoque de ratione vi-  
 tiorum destruendorum scribi posset, vti & de  
 virtutum Praxi, in particulari; sed primum gene-  
 ralia præcepta tradenda fuerunt. Interea initio  
 prioris libri posuimus virtutes præcipuas Chri-  
 sti Domini, exemplaris nostri: ad cuius simili-  
 tudinem vt secundum interiorem hominem  
 formari sumus; sic & in nobis lumina illa expri-  
 mere, si exemplar, quod nobis in monte mon-  
 stratum est, imitari velimus, necesse erit. Præte-  
 rea vtile est Paradisum animæ Alberti Magni de  
 virtutibus sibi reddere familiarem, vnamque è  
 virtutibus, singulis septimanis aut mensibus,  
 suo tempore & ordine, ad exercitium seu Ne-  
 gotiationem hanc adferre: quod fiet cum fru-  
 ctu, si modo diligenter & continenter fiat.

*Index om-  
 nium vitio-  
 rum & vir-  
 tutum,  
 quæ in exa-  
 mine parti-  
 culari tra-  
 ctantur.*

*Cap. 2.*



*Industria* 194. Gladius Davidis, quo Goliath caput abla-  
dit, prætermiti nõ debet; & vero aliã induciã

7. huic adiungendi nobis occasionem ille suppe-

*I. Reg. 21.* ditabit: cum namque David fugiens Saulenã  
Euchari- fumpfit, asseuerans hoc gladio nullum esse ma-

*stia & gla-* liorem. Quid, quod in sanctuario post ephe-  
*dij Goliath* quod erat ex lino albo confectum, pallio in-  
*compara-* lutus esset repositus? Vera sunt, quæ de co-  
*tio.* tatis usu, ad vitiorum eliminationem, vit-

tumque acquisitionem, diximus: sed quid

res desint, si animus languidior, si Saulis

secutio vrgeat, si tristitia infirmum absorbet

mundus solitudini nostræ inopiæque infideli-

profecto pane ac refectione opus est. Quo-

*Iudic. 7.* go? gladium comedemus? Ita sane, si modo

gladius ille sit panis. Recordare quid liber Iudicium

de Gedeone referat. Videbatur mihi, ait quidam

quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & cum

Madian descendere: cumque peruenisset ad robur

culum percussit illud, atque subuertit, & tenu-

ditus coaquauit. Respondit is cui loquebatur: non

est hic aliud, nisi gladius Gedeonis. Panis subciner-

cius fuit gladius, delensque castra Madianum

igitur potiori ratione panis Angelorum non

rit gladius nutriens animam, confortans

hominis ad bellandum, aduersariolque

que ad interneccionem delens; arma demigra-

potentiæ nostræ à Deo, ad destructionem

omnium munitio-um? Dicat Regius Psalmista

*Psal. 22.* quid de hac re sentiat. Parasti, inquit, in conspectu

meo mensã, aduersus eos qui tribulant me. Si mensa

propositionis panum gladius fuit aduersus ho-

stet



quanto magis mēsa Domini! Est ergo Christi  
IESVS panis & gladius.

Notandum tamen est, Dauidem gladio Goliath  
vsu non fuisse nisi cum quinque lapides  
torrente collegisset, reposuissetque in per  
astorali, & eorum vnum saltem funda iecisset  
quoque nobis vsu venire par est. Sacramen  
torum frequentatio prodest plurimū ad vitio  
rum destructionem, si modo lapides compare  
mus, funda que iaciamus: si interno studio pra  
nos habitus ac passiones destruamus. Euerti de  
bent gigantes hi sublimes, vt caput eorum ex  
cellsum petamus: quo pertingere non possu  
mus, si stent; aut certe altos perfectosque admo  
dum nos esse oportebit. hinc Deus Augustino  
*Cibus sum grandium: cresce, & manducabis me. Cre  
cimus, si passionibus sumus superiores; & tum  
maxime idonei sumus ad gladium hunc fre  
quentius vsurpandum ac versandum: magni su  
mus, si peccata nobis subieciamus, si gigantes  
calcamus. Eleuabunt nos, ait Augustinus, si fue  
rint infra nos: si vero nobis illi fuerint superio  
res, nos parui ac imbecilles gladium eorum vel  
corripere, vel eorum capita amputare non po  
terimus.*

195. Goliath exprobrabat populo imbecilli  
tatem, & quasi victor in gladio suo gloriabatur  
quod dæmō multo magis fecerat prostrato ge  
nere humano; sed quo gladio? utiq; carne nostra  
quæ gladius dæmoni fuit, quo mundum vniuer  
sum debellauit, cum omnis caro corruerat  
viam suam; quo quinq; ciuitates cōtra Sodomā  
& Go-

*Vsus Eu  
charistia  
vtilis cum  
studio mor  
tificationis*

*Lib. 7. Cōf.  
c. 10.*

*Serm. 3. de  
adscen. Do  
mini, in fi  
ne. est in e  
dit. Plant.  
in appendi  
ce. 58.*

*Gen. 6.  
Gen. 19.*



Gen. 19.

& Gomorrhæam percussit; quo infinitos homines etiam sapientes cecidit: hoc protoplastum Dei manibus conditum, ac omni sapientia præditum, de supremo sapientiæ gradu deiecit, Salomonem gloria diuinæ scientiæ clytū infatuauit, fortissimum Samsonem inuigilavit, sanctissimum Dauidem infecit. Diuinitumque immanis hic Philisthæus exprobrauit agminibus Dei. Tandem aliquando deiecit paruus Dauid, vnicoque lapide turritulam disiectam proprio ipsius gladio truncavit gladio, inquam, eius: assumpsit enim carnem nostram, & in ea confixit, feliciterque hunc euerit, contudit, iugulauit. In tanti factis memoriam caro hæc seruetur perpetuo in templo, inuoluta accidentibus albis panibus consecrari.

Gladii vis maxima in diuinitate latens occidet; illa vero humanitate nostra, velut regnum absconditur. Vtraque inuoluta est pallidissimarum specierum post ephod; in rebusculo nempe, quod ex linteis mundissimis linteis conficitur. vnde quod infanti Christo in utero matris delitescenti Ioannes è matrice, in parthena Sponsæ ad Sponsum suum acclamantis, admirabundus dixit, vsurpate & nos possidete. *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. En dilectus meus requiritur mihi: Surge, propera amica mea, columba formosa mea, & veni: iam enim hiems transiit, conuolabit & recessit; flores apparuerunt in terra nostrum tempus putationis aduenit: Vox est humilis anime*

Cant. 2.



antissimum Dominum magna fide cernen-  
 terpellantis, & firma fide profitentis in sa-  
 sancta Eucharistia presentem esse: qui etsi  
 lio inuolutus sit post ephod, hierothecisque  
 tabernaculis conclusus esse videatur; nos ni-  
 lominus videt, nos alloquitur, & ad ampu-  
 anda superflua vitis nostrae internae hortatur  
 inuitat.

96. Nunc ergo qui aggredieris singulare cer-  
 tamen cum daemone, cum peccatis, cum pra-  
 nis propensionibus, scelerata consuetudine ro-  
 boratis, ane inermis procedes? Age, quinque  
 torrentis lapides spirituales, passionis Christi  
 merita, tibi suppeditant. *Cucurrit Dauid, iacto*  
*lapide, & stetit super Philisthaum, & tulit gladium*  
*ius, & eduxit eum de vagina sua, & interfecit eum,*  
*in acieque caput eius. Vade, & tu fac similiter:*  
 magno ardore daemone ac vitia tua aggrede-  
 re & persequere; arripe simul gladium aduer-  
 sari tui, carnem Christi Iesu Domini nostri re-  
 verenter fume. Non est huic similis ad fragili-  
 tatem relabentium amputandam, ad pravas  
 consuetudines extirpandas, ad domandam cu-  
 puditatem: non est huic similis ad triumphum  
 de hostibus reportandum, ad trophaea referen-  
 da, ad virtutes comparandas atque augendas:  
 denique non est eo melior ad PERFECTIIONEM  
 capeffendam, ad perseverantiam obti-  
 nendam, ad brauium supernae  
 felicitatis prome-  
 rendum.

*Hortatio*  
*ad sacro-*  
*sanctam*  
*Euchari-*  
*stiam su-*  
*mendam.*  
*1. Reg. 17.*

*Effectus*  
*sacratissi-*  
*mae Eucha-*  
*ristiae.*

CAP.